



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

19. Militia Tu[n]ch. potens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

merito riserint, si fingere lubeat, illos politica, militari, nautica, ceterisque ingenij & prudentiae artibus, & dotibus cassos, nihil habere cum nostrisibus conferendum, in hoc potissimum Anna-
mi Regno, quod rebellione regni nomen & decus maluit emere, quam Sinarum partem sextam & decimam facere. Iam Tonchini Rex
Cocincinæ regnum ab austro cùm habeat; ab aquilone Regnum Ciucani,
viriumque hostile, & viuacibus odiis mutui perduellonis semper at-
dens; nihil mirum si semper in armis teneat bellatorum millia quin-
quaginta, in regni præsidium; nullo præsertim suo ære, sed Prouin-
ciatum quatuor penitacione, qua illarum olim, de qua nuper, mul-
tata rebello, emaciata est, ne in Regem denuo lasciuiret, & Rex con-
finibus eusasit formidandus. Præter hæc, mari Tunchinum imminentem,
& magnis perutum amnibus, instruxit necessitas armamentatio nauali
copiosissimo aduersus subitas irruptiones Piratarum; sed viuis tantum
ad scalmum quemlibet remigis, unde illorum naues (scribant licet
quod volent quibus aliud placet) nostrisibus ferè sunt dimidio mi-
nores, quod testatur, qui trecentas simul coram recensuit. Ve-
rum iis nihil elegantiùs, intusque, ac foris, auri, & colorum varia-
te ornatiùs; rostro potissimum, quod Præfecti conclave ac sedes est.
Hinc ille si ad manus venitur frontem occupat pugna, nec suorum se-
tegit corporibus, sed armis illos, & pectore velut clypeo tuerit, &
præstanti exemplo non semota voce, pugnandi modum, furorēmque
iis dictat. Sie sua illic deprædicant. Præstant aliis triremes quæ Præ-
toriam stipant firmitate, ac mole; cultus vero magnificientia, tam
compti, ut scribat, qui hoc anno præsens viginti quatuor numerauit,
velis pætas fuisse ex tenuissima carbafo, manu phrygia pictis, & filo
commisiss, purpureo. Naueleræ certè nusquam alibi maior habiliōr-
que peritia; ars enim illis est remigatio non pena, & in multitudine
tricium tam densa, valet mirum quantum, exemplum, & æmulatio, &
trix remo perpetuo manus; aurisque baccillis affuetæ, quorum con-
cussu erarchi, remigationem, ut sibilo, apud nos regunt. Sed eam
atrem nihil æquè promouet, ut honor quæstuosissimus remigum Re-
giorum, in quem euhuntur qui sunt in ea eximij. Vbi enim cum
hoste configendum, suspenso remo arma corripiunt; vbi fugiendum,
aut fugientibus instandum, repente ad scalmos reuolant, nec versi ad
pappim, remis ad pectus adductis nauigant, sed proram versus rostrum
perpetuo subigunt. Res sacra & publica à Sinensi vix differt, suas ha-
bet Tunchinum sectas, Literatorum Magistro Confusio; idola colen-
tium sub Xaca, magorum, & veneficorum sub dæmone, habent enim
hi suos quoque seorsum cœtus. Gubernatio civilis in Prouincias di-
gesta, subiectas Prouincias regiones, ditiones regionibus, ditionibus pa-
gos, ita regit ut suus nulli loco desit proprius Mandatinus: apta vero
gradatim tribunalia singulorum ad Prouincia Præsidem referantur.
Emuntur ij Magistratu studiorum sudore, prærogatiua ingenij & scienc-

19.
Militia Tū-
ch. potens.

20.
Remigatio.
Tunc ars est:
honoriifica
non pana.

T. t. t.